



8981.

1777 10.

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
AN
FALCIDIAE QVARTA
LOCVM HABEAT
IN PRAELEGATA DOTE
NON ILLATA

QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVISEVVRGENS.

SOCIO

IN AVDITORIO IVRIDICO

DIE XXX. APRIL. ANNO MDCCCLXXVII.

DEFENDET

IOANNES FRIDERICVS SAMVEL GRAVN

LVNZENAV.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



OPINIO
IVRIS GONTRORVERSI
FALCIDIAE QVARTAE
LOCVM HABET
IN PRAELIBATA DOCTE
NON ILLATA

GRAN
HET US VICTORY OPINIS QVARTAE
D. CHRISTIANO HENR. BREYNING

IN AVDITORE

IN AVDITORE
DIE 17. JUNII 1771
IOANNES HENRICHUS WILHELMUS GRAYN

EX OFFICINA





AN
FALCIDIAE QVARTA
LOCVM HABEAT
IN PRAELEGATA DOTE NON ILLATA.



Quid et quantum intersit inter legatum dotis et praelegatam dotem, facile ex ipsis verbis diiudicatur. Quod si enim quis virgini cuidam, quo faciliorem nubendi nanciscatur conditionem, in suo testamento certam quantitatem, sint trecenta, leget dotis nomine, seu quae nuptura habeat, ut marito inferat, legatum dotis seu dos legata dicitur. Sunt quidem species, in quibus legatum purum est, quas habet BOEHMERVS in *Doctr. Pand. L. XXXII. Tit. IV. §. 3.* tamen in regula conditionatum erit legatum, idque ob eam causam, quia dos sine matrimonio cogitari nequit.



quit. In se ergo legatum dotis continet conditionem, si viro nubat. Neque haec aliena sunt a doctrina PAPIANIANI in *L. 71. §. 3. π. de cond. et demonstr.*

§. II.

Aliud vero est praelegatum dotis. Eleganter describere videtur VLPIANVS in *L. 1. pr. π. de dot. prael.* Ait: *Cum dos relegatur: verum est, id dotis legato inesse, quod actioni de dote inerat.* Cum enim soluto matrimonio vxor, quam intulit dotem, recipit actione rei vxoriae instituta, praelegata dote efficitur, vt eodem modo, quo per rei vxoriae actionem dotem soluto matrimonio recipiat. Sicuti autem dos actione repeti nequeat, nisi vel marito, vel socio soluta, ita et praelegatum dotis ponit, prius dotem esse solutam, vt ex testatoris mariti vltima voluntate eandem vidua facta vel diuortio separata repetat. Dubitari potest, vtrum praelegatum dotis ad vtilia legata referri possit. Causa in eo quaerenda, quod et actionem habeat vidua ad repetendam dotem, vt non egeat actione ex vltima voluntate petenda, atque nullam ex legati titulo habeat securitatem nouam, imo fortiozem habeat ex illatione, cum ab eo tempore quo illata fuit, aut si ante matrimonium, a quo matrimonium secutum, pignoris ius in mariti bonis habeat. Et quid opus titulo liberalitatis ad suum consequendum, quod perfecto iure repeti possumus. His non obstantibus, non negandum, praelegatum dotis vtile esse posse. Nam commodum ex hoc praelegato viduae maximum erit, quod non egeat in repetenda dote probatione, tantum se vere intulisse, si quantitatem determinauerat in testamento maritus. Nolle tamen in genere assentire MENCHENIO in *Synopsi Theor.*

et



te Prax. Pandect. L. XXXIII. Tit. IV. §. 2. qui putas omiffa certae rei aut quantitatis definitione, nihil deberi, i. e. inutile fore praelegatum dotis. Puto non femper fore inutile. Quid fi vxor aliunde rem vel quantitatem quam maritus subintellexerat, quamque vxori foluendam effe voluerat, probare poffit? inutile effe praelegatum non omnino exiftimarem, cum et in aliis rebus interpretationem admittant legata. Maxime in hanc opinionem me deducit SERVII ICTi opinio, quam allegavit CELSVS in L. 7. §. 2. π. de Supplet. legat. Verba funt: Seruius fatetur, fententiam eius, qui legauerit, afpici oportere, in quam rationem ea folitus fit referre. Et fic alia veterum ICTorum capita extant, in quibus aliunde interpretatio probata admittitur. Sed haec obiter.

§. III.

Maxime vero de ea praelegata dote, quae illata non eff, at cuius quantitatem maritus exprefserat in teftamento, nos dicimus, quod communi omnium opinione validum habetur legatum, idque ex ea ratione, quod falfa demonftratio haud vitiet legatum. Nec deeff legis autoritas. Ita IUSTINIANVS in §. 15. I. de legat. Sed iam demus fpeciem: Titius heredem fcripferat in teftamento extraneum, Sempronium videlicet. Praeter alia legata relicta vxori dotem duorum millium praelegauit. Post apparet, heredem, fi integra legata atque ipfam relegatam dotem, foluere compellatur, non habere faluam fuam quartam falcidiam. Lex ergo, quae quartam heredi conftituit faluam, fimul concedit, vt de fingulis legatis tantum detrahat, quantum adhuc falcidia deeff. Iam quaeritur: vtrum etiam ex dote praelegata illa, fi maritus dotem non acceperit, vt in reliquis



legatis rata detrahi possit ad implendam quartam falcidiam, quam heres saluam non habebat, an vero tantum a reliquis legatis deducenda sit.

§. IV.

De dote marito vero illata nihil est, quod moueamus, nam repetenti dotem viduae semper adiumento est actio ex stipulatu de dote reddenda, si forsan de detrahenda falcidia cogitaret heres. At de haud illata, at praelegata dote, quid iuris sit videamus. Videtur sententiae negatiuae argumentum esse, quod ipsae leges dicant dotem praelegatam non subiici Falcidiae, vt est apud CAIUM in *L. 81. §. 1. π. ad L. Falcid.* sicuti nec Fideicommissio grauari possit, quod statuit PAPINIANY in *L. 77. §. 12. π. de Leg. II.* Dein cum testator vsus sit demonstratione falsa, cum quantitatē tanquam dotem restituendam legaret, quae dos non erat, voluisse testatorem indicare, vt haec quantitas, quamuis dos non fuerat, tamen fruatur iure dotis, vt ergo immunis sit a deductione ad supplendam falcidiae quartam. Cum praeterea vtiq̄ue licitum sit testatori, prohibere, quominus deducatur de legato Falcidia, vt patet ex IUSTINIANI *Novell. I. cap. II. §. 2.* Iam poterit illa remissio, ne deducatur falcidiae quarta ex eo implicite concludi, quod titulo dotis praelegatae relictum voluerat legatum testator, qui nosse debebat, dotis praelegatum esse extra falcidiae rationem. Hoc eo probabilius erit, cum vix dubius esse poterat maritus, vtrum ipsi dos illata sit, nec ne. Quis enim sibi persuadeat, maritum fore adeo priorum factorum ignarum, qui nesciat, quod dos ipsi illata non sit.

§. V.



§. V.

Sed haec argumenta mihi non videntur contrariam reprobare sententiam, Nam largior, facta propria ignorari tuto non posse, sed ex hoc nihil in tertii detrimentum concludi possit, quod vero contingeret, si ex testatoris ignorantia vel heredi deductionem falcidiae negemus, vel reliquis legatariis grauius onus imponeremus, quod fieret, si immune esset praelegatum dotis, cuius rata dein a reliquis legatis deducenda. Dein omnino verum est, posse testatorem autoritate Nouellae falcidiae quartae deductionem prohibere: at exinde non sequitur, praelegando erronee dotem, quae illata non erat, prohibere voluisse detractionem falcidiae testatorem, et quidem implicite. Imo quaestio est, an implicita prohibito tantum effectum habitura sit, quod quidem non concederem, ob legis autoritatem, quippe *Nouell. cit. I. cap. II. §. 2.* non videtur admittere implicitam prohibitionem. Verba sunt: *Si vero EXPRESSIM designauerit, non velle, heredem retinere falcidiam.* caet. Ex verbo *expressim* patet, noluisse Imperatorem implicitam seu tacitam prohibitionem admittere. Et praeterea, cum heredi odiosa sit prohibitio, non est dubium, quin extensiuam cesset interpretatio.

§. VI.

Tandem verum quidem est, in praelegata dote exulare falcidiae deductionem, si dos illata sit, et rationem dedimus, quia viduae alia in saluo actio, qua dotem tanquam rem propriam repetere possit. At si *CAIVM* in *L. §i. §. 1. π. ad Leg. Falcid.* iudicem aduocemus, sane verior videtur sententia, qua heredi licet deducere quartam de dote
prae-



praelegata. Verba enim: *Dos relegata, extra rationem legis Falcidiae est, scilicet, quia suam rem mulier, recipit, hanc sententiam potius confirmat. Quis enim dicat, mulierem suam recipere, quae dotem non intulit marito. Caius itaque tantum loquitur de ea specie, qua dos vere illata. Vbi ergo dos illata non est, sola adest mariti testatoris liberalitas, cui falsam demonstrationem addidit. Cum autem nullibi in legibus cautum sit, ut in legatis soluendis demonstrationis adiectae ratio habeatur, dummodo voluntas testatoris, certa sit, imo potius, falsam demonstrationem tanquam non adiectam habendam; sequitur eiusmodi praelegatam dotem, quae illata non fuerat marito, ut suam ideo rem mulier non recipiat, habendum esse ordinarium legatum. Vbi vero leges in omnibus legatis, nisi expressa iuris exceptio sit, ex iusta ratione, admittant falcidiae deductionem, verissima videtur adfirmantium sententia.*



Leipzig, Diss., 1777 A-0

ULB Halle

004 568 583



3

fb
sb:



1777/10.

Inches
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.



IO
 ROVERSI
 QVARTA
 ABEAT
 ATA DOTE
 LATA
 ORDINIS GRATIA
 IDE
 ENR. BREVNING
 IVR. NAT. ET GENT.
 R. DVISBVRGENS.
 O
 O IVRIDICO
 O c1510cclxxvii.
 DET
 SAMVEL GRAVN
 AV.
 AE
 ANGENHEMIA.

